



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ex Recogniti||one Des. Eras-||mi Roterodami.||

Erasmus, Desiderius

Basileae, 1518

VD16 E 3644

Ammiani Marcellini Rervm Gestarvm Liber Vigesimo Sextvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14277

more id quod mox accidit, portendebat. Hinc quoque Iouianū celeri gradu præscriptus uitæ finiendæ dies exegit: cum enim uenisset Dadaſtanam, qui locus Bithyniam diſtinguit, & Galatas examinatus inuentus eſt nocte, ſuper cuius obitu dubitationes emerſere cōplures: fertur enim recēti calce cubiculi illiti ferre odorem noxium nequiuiſſe, uel extuberato capite periſſe ſucceſſione prunarū immenſa, aut certe ex colluuiōne ciborū auida cruditate diſtentus: Deceſſit autem anno triceſimo & tertio. Cūq; huic Aemiliano Scipioni uitæ exitus ſini-
Iouiani mors.

lis eueniſſet, ſuper neutris morte queſtionem comperimus agitatam. Incede-
Aemiliani mors.

bat autem motu corporis graui, uultu lætiſſimo, oculis ceſſijs ualta proceritate & ar-
Oculi ceſſi Iouiani.

dua, adeo ut diu nullum indumentū regiū ad meſuram eius aptum inueniretur, & æmulari mallebat Conſtantium, agens ſeria quædam aliquoties. Poſt meridiem locari palam cum proximis adſuetus, Chriſtianæ legis iſdem ſtudioſus, aut nonnunquā honorificus, mediocriter eruditus, magiſq; beniuolus & perpenſius, ut apparebat ex paucis, quos promouerat iudices electurus, edax tamē & uino Veneriſq; indulgens, quæ uitia imperiali uerecundia forſitan correxiſſet. Dicebat autem Narronianus pater eius monitu cuiuſdam ſomniū dum præſciſſe quod euenit. Idēq; duobus amicis cōmiſiſſe ſidiſſimis, illi adiecto quod ipſi quoq; deſertur Tabea conſularis, ſed impetrato uno, adipiſci nō potuit aliud. Audita enim filij ceſſiore fortuna, anteq; eum uideret, fatali præuentus eſt morte. Et quia huic nemini ampliſſimum magiſtratū portendi per quietem prædictum eſt ſeni: Narronianus nepos eius infans etiā tum cum Iouiano patre declaratus eſt, ut ſupra contulimus, conſul.

Edax uino, Veneri indulgens.

AMMIANI MARCELLINI

RERVM GESTARVM LIBER
 VIGESIMVS SEXTVS.



ICTIS impēſiore cura rerum ordinibus aduſq; Me-
 roes confinia propioris conuenerat iam referre à no-
 tioribus pedē, ut & pericula declinent ueritatis ſape
 contigua, & exanimatores cōtexendi operis. Deinde
 nō proferamus intempeſtiuos ſtrepentes ut læſos, ſi
 præteritū ſit quod locutus eſt Imperator in cœna uel
 omiſſum: quam ob cauſam gregarij milites coerciti
 ſunt apud ſigna, & nō decuerat in deſcriptione mul-
 tipli regiōnum ſuper exiguis ſilere caſtellis: quodq;
 cunctorū nomina quæ ad Urbani prætoris officiū cōuenire non ſunt expreſſa,
 & ſimilia plurima præceptæ hiſtoriæ diſſonantia diſcurrere per negotiorū ceſſi-
 tudinis adſuetæ, nō humiliū minutias indagāre cauſarū, quas ſciſcitari noluerit
 quiſpiam, indiuidua corpuscula uolitantia per inane atomos, ut nos appella-
 mus, numerari poſſe ſperabit: hæc quidam ueterum formidantes cognitiones
 actuum

actuum uariorū stellis uberibus explicatis non ædidere superstitēs, ut in quadā ad Cornelium nepotē epistola Tullius quoq; testis reuerendus adfirmat. Proinde in scitia uulgari cōtemptra, ad residua narranda pergamus: hac uolubiliū casuum diritate exitu luctuoso finita, obitūq; interuallato breui tēpore principis corpore curato defuncti. Iussūq; Constantinopolim, ut inter augustorū reliquias conderet, progresso Niceam uersus exercitus in Bithyniā mater est urbium potestātē ciuiliū militiæ rectores, magnitudinēq; curarū omniū. Interq; eos quidā spe uana sufflati moderatorē quæritabant diu exploratū & grauem, & rumore tenus obscuris paucorū susurris nomē perstringebat Equitiū scholæ primæ Scutariorū, etiā tum tribuni qui cum potiorū autoritate displicuisset, ut asper & subagrestis translata est suffectio Iuniorū in leuissimū Iouianum fines curantē summos necessitatū castrensiū per Illyricum, quo itidem spreto, quia procul iacebat ut aptus ad id quod quærebatur atq; cōueniens Valentinianus nulla discordante sententia numinis aspiratione cælestis electus est, agens scholam Scutariorū secundam. Relictusq; apud Anchialam, postea sequuturus ordinem. Et quia nullo renitente hoc è re publica uidebat missis, qui eum uenire ocus admonerēt, diebusq; decē nullus imperij tenuit gubernacula, quod tunc uenisse extis Romæ inspectis, aurspicū dixerat magistratus. Inter hæc tamen, ne quid nouaretur contrariū placitis, neue armatorū mobilitas sæpe uersabilis præsentū quendā inclinaret arbitrū, attente prouidebat Equitius cum Caleo adhuc sub Dagalaipho magistro equitū, tum rationes numerorū militariū tractans exitiales. Postea magister officiorū exercitus uniuersi iudiciū quantū facere utiq; poterat, ut prætoriani fautoresq; principis designati formantes: quod cum uenisset accitus, implendiq; negocij prælagij subodorari dabat somniorū adsiduitate, nec cui diffidiæ secundo, nec prodire in medium uoluit bissextum uitans Februarij mensis, tunc illucescens quod aliquoties rei Romanæ fuisse cognorat infaustum: cuius notitiam certam designabo, spatium anni uertentis idem periti mundani motus & syderis definiūt ueteres, inter quos Victorinus, Hypparcus & Archimedes excellent, me monent, cum sol perenni rerum sublimium lege perculso signifero, quē Zodiacū sermo græcus appellat trecentis & sexagintaquinque diebus emensis & noctibus ad eundē redierit cardinē, ut uerbotenus si à secunda particula arietis ad eam dimensionē ad unguem redierit. Sed anni interuallum uerissimū memoratū diebus & horis ad usq; meridiem concludit plenū, anniq; sequentis erit post horā sextam initium porrectum ad uesperam. Tertius à prima uigilia sumens exordiū, ad horam noctis extendit sextam. Quartus, media noctis usq; ad daram trahitur lucē. Ne igitur hæc computatio uariantibus annorū principijs: & quo post horam sextam, alio die post sextam excursu nocturnā scientiam omnē, squalida diuisione confundat, & autumnalis mensis inueniatur quandoq; uernalis, placuit senas illas horas, quæ quadriennio uiginti, colliguntur uigintiquatuor in unius diei noctisq; adiectæ transire mensurā. Hocq; alto cōsiderato eruditis cōcinentibus multis effectum est ad unum, distinctumq; exitum conuersio anni reuoluta, nec uaga sit, nec in nullo

Valentinianus electus.

Bissextum uitans infaustum rei Romana.

Spatium anni uertentis.

nullo errore deinceps obumbrata ratio caelestis appareat, menses tempora retineant praestituta, haec nondum extentis fufius regnis diu ignorauere Romani, perque saecula multa obscuris difficultatibus implicati, tunc magis errorum profunda caligine fluctuabant, cum in sacerdotes potestate transfuissent. Inter calandi diligentiam gratificantes publicauerunt, uel litigantium commodis ob arbitrium suum detrahebant tempora, uel augebant, hocque excepto merferunt alia, plurimaque fallabant, quorum meminisse nunc superuacuum puto. Quibus abolitis, Octavianus Augustus Graecos sequutus, hanc inconstantiam correctaurbatione composuit, spatium duodecim mensium & sex horarum magna deliberatione conlictis, perque duodecim siderum domicilia sol discurrens motibus sempiternis anni totius interualla condidit, qua ratione bissexti probata, etiam uictura cum saeculis Roma adiumento numinis diuini fundauit. Proinde pergamus ad reliqua: Elapso die parum apto ad inchoandam rerum magnitudinem, ut quidam existimant, propinquante iam uespera monitu praefecti salus sub exitu denunciata, statutum est prompta consensione cunctorum, ne potioris cuius autoritatis uel suspectus ab hora conaretur procedere, postridie mane cumque multorum taedio, quos uotorum inanitas cruciabat. Tandem finita nocte, lux cum aduenisset in unum quæsito milite omni, progresso Valentiniano in Campo, permissusque tribunus ascendere celsius actum Comitiorum specie & uoluntate praesentium fecundissima, ut uir serius dicto pronunciat, Imperij mox principali habitu circumdatus & corona, Augustusque nuncupatus cum laudibus amplis, quas nouitatis potuit excogitare dulcedo, praemeditate dicere iam praeparabat. Eoque ut expeditius loqueretur brachium exertante, obmurmuratio grauis exoritur, concrepantibus centurijs & manipulis, coherentiumque omnium plebe urgentium destinante confestim Imperatorem alterum declarari. Quod licet nonnulli existimarunt paucis correptis ad gratiam fieri despectorum. Eo tamen uis sinistra creditum uidebat, quod non emercati, sed consoni totius multitudinis paria uolentes, clamores audiebantur, documento recenti fragilitate pertimescentes sublimium fortunarum. Deinde ex susurris immaniter strepentis exercitus ceteri tumultus uiolentior apparebat & confidens, milites erumpentes interdum ad perniciofa facinora timebant. Quod Valentinianus magis praecunctis, ne fieret extimescens, elata prospere dextera in principis fiducia pleni, ausus increpare quosdam ut seditiosos & pertinaces, cogitata nullis interpellantibus absoluebat. Exulto prouinciarum fortissimi defensores, & praemefero, semper laturus sum, nec ad petenti moderamini orbis Romani mihi, ut potissimo omnium nostrarum detulisse uirtutes. Quod erat igitur manu positum uestra, nondum electo imperij formatore, utiliter & gloriose complectis, adscito honorum uertice, eo que ab ineunte adolescentia ad hanc usque aetatis maturitate splendide integreque uixisse experiundo cognoscitis. Proinde pacatis auribus accipite quae so simplicioribus uerbis, quod conducere arbitror in commune adhiberi oportere in omnes casus socia potestate collegam, contemplatione poscente multiplici, nec ambigo, nec repugno curarum acruos, & mutationes uarias accidentium. Ipse quoque ut homo formidans, sed studendum est con-

Tt cordia

Augustus
inconstantiam
annu
composuit
bissextus.
Victura cum
saeculis Ro
ma.

Augustus
nuncupa
tus Valen
tinianus.

Fragilitas
sublimium
fortunarum

Formator
imperij.

Pacatis auri
bus accipite.

Studendum
est concordiae

Nouita
tis dulce
do.

cordiæ uiribus totis, per quã res iunctiua cõualefcant: qd' interpretabit' facile, si
 patiẽtia uestra cum æquitate cõsentiens, id mihi quod mearũ est partiũ consen-
 serit libens: Dabit em̃ (ut spero) fortuna cõsiliõũ adiutrix bonorũ quantũ effi-
 cere & cõsequi possum diligenter perscrutari temperantiam: Vt enim sapientes
 definiunt non modo imperio, ubi pericula maxima sunt & creberrima, uerum
 etiam in priuatis cotidianisq; rationibus alienũ ad amicitiam: cum iudicauerit
 quisq; prudens adiungere sibi debet, non cum adiunxerit iudicare. Hæc cum
 lætiori spe polliceor uos firmitatẽ factorũ retinentes & fidem, dum hyberna pa-
 titur quies animorũ reparare uigorẽ, atq; membrorũ ob nuncupationẽ augu-
 stam debita protinus accepturi. Finita oratione, quã autoritas erexerat inopi-
 na flexit Imperator in suam sententiã uniuersos, cõciliũq; eius inane sequuti,
 qui paulo ante flagrantissimis uocibus aliud postulabant circumseptũ: Iamq; terribilem
 duxerunt in regiam. Dum hæc in oriente uolubiles fatorũ explicant
 sortes, Appronianus reginam urbem æternã iudex integer & seuerus inter cura-
 rum præcipua, quibus hæc præfectura sæpe sollicitat', id primum opera curabat
 enixa & ueneficos, qui tunc raresebant capi: post quæ agitatae quæstiones no-
 cuisse quibusdam aperte confutatos iudicatis conscijs morte mulctaret, atq; ita
 paucorum discrimine reliquos si qui laterent, formidine parĩ disturbaret: Hæc
 egisse ideo efficaciter fertur, quod Iuliani primitus arbitrio agentis etiam cum
 per Syrias in itinere unum amiserat oculum, suspicatisq; artibus se nefarijs ad-
 petitum iusto quidem, sed manifesto dolore. Hæc & alia magna irritabat indu-
 stria, unde quibusdã atrox uisus est in amphiteatræali circulo undatim coeunte,
 aliquoties plebs causas despiciẽs terminũ maximorũ. Deniq; post huiusmodi
 uindicata cõplura hilarium aurigam cõuictum atq; cõfessum: ut dum pubescen-
 tem filium suum ueneficio tradidisse docendum secretiora quædam legibus in-
 terdicta, ut nullo conscio adminiculis iuuaref' internis, capitali animaduersione
 damnauit: Qui laxius retinente carnifice subito lapsus confugit ad ritus Chri-
 stiani sacrariũ, extractusq; exinde ilico absclsa ceruice cõsumptus est. Verũ hæc
 similiaq; cum etiã ut coerenda mox cauebat', ut nulli uel admodum pauci in
 his uersati flagitijs, uigori publico insultarunt: sed tempore sequuto, longæua
 impunita nutriunt immania, usq; eo grassante licentia, ut emittat Hilariũ qui-
 dam Senator, seruumq; suum modo nõ per Syngrapham arcanis piacularib9
 inducendum missi doctõri malarũ artium cõfutatus suppliciũ, redimerent opti-
 ma mercede, ut crebrior fama uulgarat. Isq; ipse hoc genere quo iactum est ab-
 solutus, at uitæ pudere deberet & culpæ, nõ abolendæ incubuit macula: sed tan-
 quã inter multos probrosos solus uacuuus ab omni delicto. Phalerato insidẽs
 discurrensq; per silices, multa post se uncus trahit agmina seruulorũ per nouũ
 quoddam insigne curiosius spectari adfectans, & duellium accepimus ueterẽ
 post gloriosa illa naualis rei certamina id sibi sumpsisse, ut tibiẽne lenius præci-
 nente rediret ad sua post cœnam: Sub hoc tamẽ Appronianus ita iugiter copia
 necessariorũ exuperauit, ut nulla saltem leuia murmura super inopia uictui con-
 gruentium oriretur, quod assidue Romæ cõtingit. At in Bithynia Valentianus
 princeps

In imperio
pericula
maxima.

Flagrantis-
simæ uoces.

Iudex inte-
ger & seuer9

Vndatim.

Syngrapha.
Piacula
arcana.

Duellius.

princeps (ut prædiximus) declaratus, dato in perendinū diem signo proficiscēdi, cōuocatis primorib⁹, quasi tota cōsilia quæ sibi placētia sequuturus percuncta- batur: quē nam ad imperij cōsortiū oporteret adsumi silentibus cunctis, Daga- laiphus tunc equestris militiæ rector respondit fidentius: Si tuos, inquit, amas Imperator, optime habes fratres: si Remp. quare quē uestigas. Quo dicto aspe- ratus ille, sed tacitus & occultans quæ cogitabat. Nicomediam itinerib⁹ citis in- gressus Calen. Martijs Valentē fratrem stabulo suo cum tribunatus dignitate præfecit. Indēq; cum uenisset Constantinopolim, multa secum ipse deuoluens, & magnitudine urgente negociorū iam se separari cōsiderans, nihil morandū ratus Calen. Aprilis productum eundē Valentē in suburbanū uniuersorū sen- tentijs cōcinētibus: nec em̄ audebat quisq; refragari, Augustum pronunciauit, decoro imperatoriōq; cultu ornatū, & tēpora diademate redimit, dum in eodē uehiculo secum reduxit participē quidē legitimū potestatis, sed in modū appa- ritoris morigerū, ut progrediens aperiet textus: quibus ita nullo iter turbante, profectis cōstricti rapidis febribus. Imperatores ambo diu spes uiuēdi firmata ut erant, inquirendis rebus grauiōres, q̄ in cōponēdis suspectas morborū causas inuestigandas acerrime. Vrsatio officiorū magistro declinato crudo Iuuentio Titiano quaestori, tunc cōmiserūt ut loquebat̄ pertinax rumor inuidiam scien- tes Iuliani memorē principis, amicisq; eius tanq; clandestine præstringi læsis. sed hoc euauit facile, ne uerbo quidē tenuis insidiarū indicio ullo reperto. Hoc tempore uelut per uniuersum orbem Romanū bellicū canētibus buccinis exti- tere euentus sæuissimi, limites sibi proximos persultabat, Galliasq; Rhetiasq; simul Alemanni populabant. Sarmatæ Pannonēs, & Quadi, Rheti, Saxones, & Scoti & Ataciti, Britannos erumnis uexare cōtinuis, Ammaricæq; aliæ gen- tes Africā solito acrius incurfant, & Thracias diripiebant prædarij globi Got- thorum, Persarū rex manus Armenijs iniectabat, eosq; in suam ditionē ex in- tegro uocare Numomiam properans, sed iniuste causando:q; post Iouiani ex- cessus cum quo foedus firmarat & pacē, nihil obstare debebat, quominus ea re- cuperaret, quæ antea ad maiores suos pertinuisse monstrabat. Acta igitur tran- quillius hic me cōcordissimo principe unus nuncupatione prælatus, alter hono- re specietenus adiunctus, percursis Thracis Nesum aduenerūt, ubi in suburbio quod appellatū est Mediana à ciuitate tertio lapide disparati, quasi mox spem partiti sint Comites: & Valentiniano quidem, cuius arbitrio res gerebat: Iouia- nus uenit dudum promotus à Iuliano per Gallias magister armorū, & Daga- laiphus, quē militiæ rectorē peruexerunt. Iouianus in orientē uero sequuturus, Valentem ordinatus est uictor, Ipse quoq; iudicio principis relictus præfectus cui iunctus est Arintheus. Lupicinus em̄ pridie à Iouiniano pari modo promo- tus magister equitū, partes tuebatur eas: tunc & Equitius Illyricano præponit exercitui: nōdum magister, sed Comes: & Seuerianus olim sacramēto digressus recinctus est ut Pannonias, sociatusq; Valenti domesticorum præfuit scholæ. Quibus ita digestis, & militares partiti numeri, & post hæc cum ambo fratres Syrmion introissent diuiso palatio, ut potiori placuerat: Valentinian⁹ Medjo-

Si tuos
amas,
habes
fratrē.

Impera-
tores am-
bo.

Constricti
febribus.

Prædarij
globi Got-
thorum.

Rector
militiæ.

Illyricanus
exercitus.

Valentinian⁹
Mediolanū.

T t 2 lanum,

Valens Constantinopolim. Constantino-
 lim. lanum, Constantinopolim Valens discessit, & orientem quidem regebat pote-
 state praefecti Salustius. Italia uero cum Africa & Illyrico Mamertinus & Gal-
 lias prouincias Germanias: agētes igitur in memoratis urbibus principes sum-
 pserit primitus Trabeas cōsulares, omnisq; hic annus dispendijs grauib; etiā
 Romam afflixit. Alemanni percupere Germaniæ milites hac ex causa soliti in-
 festius moti ultro legatis eorum missis ad comitatū certa & praestituta ex more
 munera praebere deberent minora, & utilia sunt attributa, quæ sumpta furenter
 agente, ut indignissima proiecere, actumq; asperius ab Vrsatio tunc magistro
 officiorū iracundo quodam, & sanè regressi, factumq; exaggerantes & contu-
 meliosa despectantes gentes immanissime concitarunt. Et circa id tempus, aut
 nō multo posteriori in oriente Procopius insurrexerat, Nonasq; propè Calen-
 Nouembris, Venturio Valentiniano Pariseos eodemq; nunciata sunt die: &
 Alemannis quidem occursum Dagalaiphum perdere mature praecipit, qui
 uastatis propinquioris locis longius discesserat incruentis: super appetitu uero
 Procopij anteq; adulesceret, reprimendo, curis deducebatur ambiguus, ea po-
 tissimum ratione sollicitus quod ignorabat, utrum Valente superstite an extin-
 cto memoratū imperium adfectarat. Equitius enim relatione Antonij tribuni
 accepta agentis in Daciam & Mediterraneam, militemq; nihil praeter negociū
 ipsum auditum obscure significabat. Ipse quoq; nondum liquida fide comper-
 ta simplicibus uerbis principem gestorum consciū fecit. His conditis Valen-
 tianus eodem Equitio, aucta magisterij dignitate, repedare ad Illyricum desti-
 nabat, ne persultatis Thracijs perduellis iam formidatus inuaderet hostili ex-
 cursu Pannonias. Documēto enim recenti impendio terrebat, reputans paulo
 antea Iulianum contemptorem bellorū ciuiliū ubiq; uictorem, nec speratum
 ante, nec expectatū urbe in urbem incredibili uelocitate transit. Verum ardens
 ad redeundum eius impetus uerebatur consilijs proximorū uolentium & oran-
 tium, ne interea Venetis nauibus Barbaris exponeret Gallias, neue hac cautio-
 ne prouincias desereret, egentes adminiculis, in eiusq; legationes urbium accesi-
 fere nobilium precantes, ne in rebus duris & dubijs impropugnatas eas relin-
 queret, quas praesens eripere poterit discriminibus maximis, metu ambitiosi no-
 minis sui Germani incusso, deniq; utilitate rei perpensius excogitata in multo-
 rum sententias flexus. Replicabat aliquoties hostem suum fratresq; solius esse
 Procopiū Alemannico situ totius orbis Romani statuitq; nusq; interim extra
 confinia moueri Gallorum adusq; Remos progressus, sollicitusq; super Africa,
 ne repente perumperetur, Vulerium postea COS. tunc notarium ad eandem
 tuendum ire disposuit, & Nasautionē domesticum protectorem ea consydera-
 tione qua diuo sub patre Cretione comite, quondam educatus suspecta nouer-
 rat loca, hisq; scutarium admisit Gaudentium olim sibi cognitum & fidelem.
 Quia igitur uno eodemq; tempore utroq; turbines exarsere mcestissimi, com-
 petenti loco singula degeneraremus, nunc partem in orientē gestorum, deinde
 bella Barbarica narraturi: quoniam pleraq; & occidentali, & in Eoo orbe iisdem
 mensibus sunt actitata, nedum ex loco subinde saltuatim redire festinamus in
 locum

Trabeæ con-
sulares.

Parisijs.

Nondum li-
quida fide
comper-
ta.
Magisteriū.

Impendio
terrebat.

Impropu-
gnata.

Remi.
Notarium.

Saltuatim.

locum omnia cōfundentes, squalitate maxima rerum ordinē implicemus. In si-
 gni genere Procopius in Sicilia natus & educatus ea cōsyderatione, qua propin-
 quitate Iulianū postea principem cōtigebat, à primo gradu elusit: & ut uita mo-
 ribusq; castigatus, licet occultus erat & taciturnus notarius, diu perspicaciter mi-
 litaris & Tribunus, iamq; summatibus proximus: post Constantij obitū in re-
 rum cōuersione uelut Imperatoris cognatus altius anhelat, admixtus consortio
 comitum: & apparebat eum, si unq; potuisset fore quietis publicæ turbatorem. Procopius
quis
 Hunc Iulianus Persidem ingrediens cum socijs cōparatis potestatis iure, Seba-
 stiano in Mesopotamia cum manu militū reliquerat ualida: mandaracq; ut su-
 surrauit obscurior fama, (Nemo enim dicti autor extitit uerus) per cognitorū
 agere textus, & subsidia rei Romanæ languisse sensissent, Imperatorē ipse pro-
 uideret ocys nuncupari, qui inuicta ciuilitate agens, & caute Iuliani leraliter uul-
 nerati funus, ad regenda cōmunia comperit Iouianū euectum, falsoq; rumore
 disperso inter obeuntis anhelitus animæ, eundem Iulianū uero mandasse pla-
 cere sibi Procopio clauū summam rei gerendæ: quare accitus ne hac ex causa in-
 demnatus occideret, e medio se cōspectu deserui: maxime post Iouiani interitus
 nece notariorū, primūq; Iuliano perempto ueluti dignū imperio paucis militi-
 bus nominatū, nouāq; exinde cōceptare suspectum, cruciabili nece interfectum
 quia sequenti industria didicerat, magnum uitans grauioris inuidiæ pondus,
 Ecbatana longiusq; remota discessit. cumq; à Iouiano exploratus indagari la-
 tribula sua sentiret, formulæ uitæ iam fuisset pertesum: quippe à celsiore subfello
 statim deiectus, ad deteriora etiā ædendi periuria in locis squalentibus stringe-
 batur, hominūq; agebat cōloquijs postremæ necessitatis impulsus, dubijs itine-
 ribus ad Calardonū agrum peruenit: ubi quoniā & illud firmius uisum est re-
 ceptaculum, apud fidelissimū amicorū delitescere Strategū ex Palatino milite
 Senatore, Constantinopolim, quantū fieri poterat, clanculo sæpe intermeans,
 in iudicio eiusdē Stratego patuit, postq; sæpius in factionis conscios inquisitū. Strategus.
 Ritu itaq; solertissimi cuiusdam speculatoris ignotus, multis ob squalorē, & in-
 aciem fumusculos conligebat: tunc crebrescētes, ut sunt acerba semper instantia,
 incusantium multorū ualentē, quasi cupiditate aliena rapiendi successum, cuius
 diritati adiectū erat incētiū exitiale focer Petronius, ex præposito Martesium
 militū promotus repētino saltu, patritius animo deformis & habitu, qui ad nu-
 dandos sine discretione cunctos unanimiter flagrans, innocētes pariter & son-
 tes post exquisita tormēta quadruplicibus nexibus uinciebat, debita iam inde à
 temporibus principis Aureliani perscrutans, & impēdio mœrens, si quenq; ab-
 soluisset indemnem, cuius morum intolerantiæ hæc quoq; perniciēs accidebat, Sine discre-
tionc.
 quod cum precaretur luctibus alienis, erat inexorabilis & crudelis, & in rapido
 corde crudissimus, nec reddendæ, nec accipiendæ rationis unq; capax, inuisior
 Cleandro: quē agentē sub Imperatore Cōmodo præfectura sublata, uecordia
 demersum egit in fortunam. Is onerosior Plautiano, qui præfectus itidem sub
 Seuero ultra mortale tumens cuncta confuderat, ni gladio perisset ultore. Hæc
 lachrymosa incitante Petronio, sub Valente & Caro multas paupertinas & no-
Indemnis.
Cleander
sub Com-
modo.
Ultra morta-
le tumens.
Paupertinas
domos.

biles domos impēdentiū spes atrocior prouincialiū & militū paria gementium sensibus priuabat, & uotis licet obscuris, & tacitis permutatio status præsentis ope numinis summi cōcordi gemitu poscebatur. Quæ Procopius latenter accipiens, arbitratusq; ubi feliciter adfederit, latum negotio leui ad apicem summæ potestatis assumptæ, subsidebat ut prædatrix bestia uiso qd' capi poterat protinus eruptura: cui hæc quæ maturabat ardenti fors hanc materiā dedit impēdio tēpestiuā. cōsumpta hyeme, festinans ad Syriam Valens iam fines Bithynorū ingressus, docetur relationibus ducum, gentē Gotthorū ea tēpestate intactam, idemq; sæuissime conspirantē in unum ad peruadenda parari collimitia Thraciarū. hocq; agnito ut imprædedito ipse pergeret, quò tēdebat, sufficiens equitū adiumentum & peditum mitti iussit ad loca, in quibus Barbarici timebant ex cursus. dimoto itaq; longius principe, Procopius erumnis diuturnis attritus, uel atrocem mortem clemētiore ratur magis, quibus afflictabat, aliena periculorū omniū fecit abrupte extrema iam perpeti, nequaq; timens præeunte perdita ratione, facinus adorit' audacissimū. Diuicensis tunc Gratanoq; minores ad provincinctum urgentē per Thracias inter Arzum & Cælam dispositos & Constantinopolim oraturos solenniter biduū per quosdā ex hisdē numeris notos sollicitare pperans: quia cū om̄ibus loqui periculosum erat & arduū, fidem paucorū elegit: qui perlecti per spem præmiorū ingentiū, & sub cōsecratione iurisiuradi promiserunt se, quæ uellet cuncta facturos. Favor quoq; polliciti cōturmaliū, inter quos ipsi potiorē locū obtinebant in suadendo stipēdijs excellentes & meritis: utq; cōlicitum, & ubi excanduit radijs dies, idem Procopius deductus in cogitationes uarias, Anastasinas balneas petitas, sorores Constantini cognominatas, ubi locata nouerat signa, doctusq; per arcanorum conscios omnes in eius studium cōsensisse, societate coita nocturna fidelitatis data libenter admissus constipatores militū cum honore quidem, sed in modum tenebant' obsessi: qui ut Prætoriani quondā post Pertinacis uocē licitantē imperij præmia Iulianū susceperant, ipsi quoq; Procopium infausti dominatus exordia molientē attenti ad omen cōpendij deferunt. Stetit itaq; sub talibus exutū putares ab inferis nusq; reperto paludamēto, tunica auro distincta, ut regius minister indutus à calce impubem in pædagogiani pueri speciē, purpureis opertus tegminibus pedes, astutusq; purpureū itidem pallium leua manu gestabat, ut in theatriali scena simulacrum quoddā insigne per auleum uel mimicatū cauillationē subito putares emersum. Ad hoc igitur dehonestamentū honorū omniū ludibriose sublatus, & ancillari adulatione beneficij alloquutus autores, opesq; pollicitus amplas & dignitates, ob principatus primitias processit in publicū multitudine stipatus armorū, signisq; sublatis erectus, ire pergebat circumdauso horrendo fragore scutorū lugubre cōcrepantiū, metuentes ne à celsioribus tectis, saxis, uel tegularum fragmentis cōflictarent', densius ipsis galearū crustis aptabant. Hinc timidius incedentes, nec resistebat populus, nec fauebat. Accendebatur tamē insitatas plerisq; uulgariū nouitatis repentina iucunditate, ea re potius incitante Petronium prædiximus diuitias uiolenter agentē, omnes eadem mente detestabant, qui sepulta

Subsidebat
ut prædatrix
bestia.

Collimitia.

Erumnis
diuturnis
attritus.

Cōturmales

Societate
coita,

In speciē
pædagogiani
pueri.

Ancillaris
adulatio.

In sita noui-
tatis iucundi-
tas plerisq;.

qui sepulta iam dudum negocia, & rediuuas nebulas debitorū in diuersos ordines excitabat. Cum itaq; tribunali descendisset Procopius, & cunctis stupore defixis timeret, silentium triste prodiuorē uitam ad mortē (ut sperabat) existimans aduenisse, per artus tremore diffuso implicator ad loquendū diu tacitus stetit: pauca tamē interrupta & moribunda uoce dicere iam exorsus, quibus stirpis ppinquitatē prætendebat, leui paucorū susurreo præeunte inlectorū, deinde tumultuarijs succlamationibus plebis Imperator appellatus, incondite peturiam raptim, ubi nullo clarissimorū, sed ignobili paucitate inuenta palatiū pessimo pede festinatis passibus introijt. Mirant quidam profecto inrisione digna principia incaute cœpta, temere ad ingemiscendas erupisse Reip. clades signari forsitan exemplorū, accessisse primitus arbitantes. sic Adramitenus Andriscus de genere quidem infimæ fortis adusq; pseudo Philippi nomen euectus, bellis Macedonicis tertiū addidit damnū. sic Antiochiæ Macrino Imperatore agente ab Emesa Heliogabalus exiuit Antonius. Ita inopino impetu Maximini Alexander cum Memea matre confossus est. in Africa superior Gordianus in imperium raptus, aduentantiū periculorū angoribus implicatus, uitam laqueo spiritu intercluso profudit. Igitur cupediarū uilium mercatores, & qui intra regiam apparebant aut patere desierant, quicq; coitu militariū nexi ad pacatiora iam uitæ desciscerant, insoluti casus ambigua partim mutari uolentes, adsciscabantur nouiter omnia tutiora petentibus Ratiā ciuitate occulte dilapsi, Imperatoris castra petiuere itineribus festinatis. Hos omnes Sophronius uiuacissimo cursu progressus, tunc notarius præfectus, postea Cōstantinopoleos à Cæsarea Cappadociam profecturus, ut uaporatis æstibus Ciliciæ iam lenitis ad Antiochiæ percurreret sedes, prætextum nactus æstuum spe dubia, ut in talibus periculis itineribus properat magnis, attētissima cura Procopius indies agitabat nocentes subditiuos: quosdā ostentans, qui astutia cōfidenti, partim alij ab oriente è Gallijs se uenisse, & Valentinianū obisse fingētes, cuncta parere nouo & fauorabili principi memorabant. Et quia res nouæ petulanter abreptæ celeritate muniri solent interdū, ne quid formidandū emitteret, cum festinatione Vridius in locū salutis præfectus prætorio, factione Petronij recens promoti, & Cenfanus Constantinopolitanæ urbis præfectus in uincula cōpingunt: & iubetur ciuitatē curare solita potestate Frouenius, esseq; magister officiorum Eufrasius, ambo Galli instituti bonarū artium spectatissimi, & administratio negociorū castrensium Gomoario & Acileno, reuocatis in sacramentū cōmittit incōsulte, ut docuit rerum exitus proditor. Quia igitur Iulius comes per Thracias copijs militarijs præsidens oppressisset rebelles cōperisse conata ex propinquis stationibus timebatur, cōmentum excogitatū est ualide, & quæri iussu ualentis saeva superbia super Barbaricis motibus tractu uberi littorum ab hoc clauso uiolenter oppressis accitus Constantinopolim strictius tenebat. hacq; callida fraude belatrices Thraciæ gentes sine cruore acquisitæ adminicula ausis tumultuarijs maxima cōpararūt. Postq; ita euentu latiore cōpleta, Arasius ex ambita regia prætorio præfectus, accessit uelut Agileno genero suffragate, alijq; ad aulæ uarios

Implicator
ad loquēdū.

Imperator
appellatus
Procopius.

Andriscus
Philippus.

Gordianus
uitā laqueo
finiuit.

Subditui.

In uincula
cōpingunt.
Magister offi-
ciorum.

Thracæ bel-
licosi.

Tt 4 actus,

actus, administrandas prouincias sunt admissi, quidam admoniti: alij ultro semet offeretes, cum praemijs utiq; in certaminibus intestinis usu uenire cotingit: emergebant ex uulgari fece nonnulli desperatione consilijscq; ductantibus caecis, contraq; quidam orti splendide a culminibus summis ad usq; mortes & ad alia corruerant. ubi haec per similia facta firmiter uidebant esse composita, restabat ut abundans cogere militum manus, & impetratum est facile, id quod in publicis turbamentis aliquoties ausa ingentia, uel iustis exordia primordijs impediuit. Transseuntes ad expeditionem per Thracias cocitatae equitum peditumq; turmae, blandeq; acceptae & liberaliter centuriae, tresq; in unum sitae, iamq; exercitus species apparebant praemissis plurimis, uitiantes sub execrationibus diris in uerba iurauere Procopij, hanc polliciti pertinaciam, q; eum suis animis defensabat iuuenta, exindeq; Niceam spe celerius occupauit, ad quam obsidendam cum huiusmodi pugnarum peritis Vadamaro missis ex duce & rege Alemannorum Valens Nicomediam pergit. Exinde profectus oppugnationi Chalcedonis magnis uiribus insistebat: cuius est muris probra in eum iaciebant, & iniuriose compellabat ut Sabaiarius. Est autem Sabaia ex hordeo uel frumeto in liquorem conuersus paupertinus in Illyrico potus. Fessus deniq; inopia comeatuum, & obstinatione in ea defensorum discedere iam parabat: cum inter haec clausi apud Niceam, patefactis subito portis egressi inimicorum magna parte prostrata, ductorem uidentes arte Italica pererabant ardentes, circumuincturi Valente a tergo nondum ad Chalcedonos suburbano digressum, & patrasent ni rumore conata quondam in peruerso, ni immines exitum ille perdoctus, instantem uestigijs hostem per Simonem lacum, & fluminis callis Naulochum propere discedendo frustra sequentem lussisset: & hoc casu Bithynia quoq; Procopij ditione relicta est. unde cum Antora Valens citis itineribus reuertisset, comperissetq; Lupicinum ad orientem cum cateruis aduertare non contemneret, prosperorum erectior, Erintheum latissimum ducem occursum hostibus misit, qui ubi Adastanum tetigit, in qua statione perisse diximus Iouianum Hyperetheum, sibi oppositum repente uidit cum copijs antehac recte Gastrensis apparitorum, id est, uentris ministrum & gutturis: cui & amico Procopij auxilia ductanda commisit. Et dedignatus hominem superare certamine despiciabilem autoritate & celsi fiducia corporis, ipsis hostibus iussit suum uincere rectorem, atq; ita turmarum Antesignanos umbratiles compressis suorum manibus, quidam hoc modo procedunt. Venustus quidam largitionum apparitor sub Valente multo ante Nicomediam missus, ut aurum susceptum stipendij nomine militibus per orientem diffusis inritum tribueret. hac tristitia cognita alienum peruidens tempus Cicicum cum his, quae susceperat, se citius contulit: ubi forte Seuerianus repertus domesticorum tunc omnis missus ad thesauros tuendos, urbem inexpectabili moenium ambitu, monumentis quoq; ueteribus cognitam, fretus tumultuario praesidio custodiebat: Ad quam expugnandam Procopius ad possessam Bithyniam sibi etiam bellis Pontum iunxerat, ualidam destinauerat manum. Morabatur autem affectum sagittis & glandibus, ceterisque iaculis obsidentium, saepe globi confusi & propugnatorum solertia claustrorum per catenam ferream ualde robustam ori portus infertam.

Ex uulgari
fece.

Turbamen
ta publica.

In uerba iu/
rauerit Pro/
copij.

Sabaiarius.
Sabaia quid

Ventris mi/
nister & gut/
turis.

Largitionum
apparitor.

infertam, quæ ne rostrate inruerēt naues hostiles, erat altrinsecus colligata. hanc post uarios militum labores & ducum sagittariorū acerrimis prælijs Alisso quidam tribunus abscidit exertas bellatorū prudens hoc modo. Conuinctis tribus nauigijs, testudinē hac specie superstruxit, densatis coherentes super capita scutis, primi Transstris instabant armati, alij post hos semet curuantes humiliter tertijs sumisse gradatim inclinatis: ita ut nouissimis suffraginibus insidentes formam ædificij fornicati monstrarēt. Quod machinæ genus cōtra murales pugnas ideo figurat hac specie, ut missilium ictus atq; saxorū per decursus cadentia labilis instar imbriū euanescant: ita cōiectu telorū Alisso, paulisper defensis, ingenti corporis robore, supposito stipite eandē catenam fortius bipenni confindens ita confregit, ut disiecta patefaceret aditū latum, hocq; exitu ciuitas hostili impetu patuit improsecta: qua causa extincto postea proteruicæ totius auctore cum infactionis participes scuiret, hic idem tribunus cōtemplatione facinoris dari uita cum militia retinēs, diu post in Iseuria oppetijt uastatoria manu cōfossus. Hoc Marte Cizico referata Procopius ad eam propere festinauit, ueniatq; uniuersis, qui repugnauēre donatis, Serenianum solum iniectis uinculis iussit duci Niceam seruandum artissime. Statinq; Hormisdæ maturo iuueni Hormisdæ regalis illius filio potestatē procōsulul detulit, & ciuili amore ueterū & bella recturo: quia gens pro moribus leuius, aut militibus, quos per deuia Phrygiæ miserat Valens subito corripiendos incurfu tanto uigore euasit, ut Esensana usq; ad casus perarat accipites sequentē, aut penē captam uxore sagitarum nube diffusa, defensam auerteret secum matronā opulentā & nobilem, cuius uerecundia & destinatio gloriosa abruptis postea discriminibus, maritū exemit. Ea uictoria ultra homines Procopius sese efferēs & ignorans, q; quiuis beatus uersa rota fortunæ ante uesperum potest esse miserimus, Arbetion cui domū cui antea tanq; eandē sibi sentientis parcebat, ut propriū eius sit exinani re mobiles casus inæstimabilis pœnæ: ideo indignatus, q; uenire ad eum accitus aliquoties distulit, causatus incōmoda senectutis & morbi. Et licet ex causa præsumptor momentū pertimesceret graue, tamē cum obsistente nullo se in orientales prouincias effundere læti cunctorū adscēssione iam licētius poscit, auidius nouitatē quandā uisere, tædio asperioris imperij, quo tunc tenebat erga allicientas quasdā ciuitates Asiæ, legēdoq; eruendi peritos auri sibi pfuturos prælijs, quæ magna expectabat & crebra segnius cōmoratus, in modū acuti mucronis obtusus est, ut quomodo Pescenius Niger ad subueniendū spei rerū extremæ à populo Romano saepe accitus, dum diu contact in Syrias eruere superatus. In Isico, qui est in Cilicia ubi Darius Alexander fudit. Fugatusq; in suburbano quosdam Antiochiæ gregarij manu milites interiijt, hæc adulta hyeme Valentiniano & Valente cōss. agebantur. Translato uero in Gratianum adhuc priuatum, & Dagalaiphum amplissimo magistratu, aperto iam uere sulcitatū uiribus. Valens uincto sibi Lupicino cū robustis auxilijs pessundata signa propertulit Phrygiæ quondā, nunc Galaciæ oppidū, quo præsidij totius cōmonito, nequid inopinū per eos emergeret tractus præter radices olympi mōtis excelsum tramitis,

Altrinsecus
colligata ca-
tena.

Vastatoria
manu con-
fossus.

Causatus
incōmoda
genitricis.

Rota for-
tunæ.

In modum
acuti mucro-
nis obtusus.

Vbi Darius
fugatus.

Faustina
uxor Con/
stantij.
In lectica cir/
cumfertur
puella.

Signū defe/
ctionis qđ.
Salutis inter/
fuso iuffra/
gio.

Confiliorū
inops Pro/
copius.
Procopius
occisus.
Glifcentes
turbines
sepeliuit.

Non pensa/
ta ratione.

Humum in/
tuendo sem/
per incedēs.

tramitis, quæ fragosis ire tendebat ad Liciam obscurantē Gomoariū adgressu-
rus, cui pertinaci cōspiratione multorū, ac maxima cōsideratione resistebat, qđ
hostis exinde, ut ante relatū est, Constantij filiam paruulam cum matre Fau-
stina & in agminibus & propè acies staret lectica circumferēs secum pro imperiali
germine, & ne uinceret ut pugnarent audentius, iras militum accendebat. Sicut
aliquando dimicaturi Macedones cum Illyrijs, adhuc infantē: in cuius loca uero
post aciem, cuius metu ne traherent captiui aduersos festiue oppresserunt: con-
tra has caliditatis argutias sagaci opitulatione micanti negotio consuluit Im-
perator, & Arbitionē consulem agentē, iam dum in ocio ad se uenire hortatus
est, ut Constantiani ducis uerecundia truces animi lenirentur, neqđ secus euenit:
nam cū omnibus prouectior natu, & dignitate sublimior caniciem reuerendam
ostenderet, multis ad perfidiam inclinatis, publicū grassatorē Procopiū. Milites
uero sequutus eius errorē, filios & laborū participes pristinorū appellans ora-
bat, ut se ac sui parentē magis magis sequerentur felicissime ductibus cognitū
publicum, qđ profligato morem gerere nebuloni destituendo iam & Castrato.
Quibus cognitis Gomoarius cum elusis hostibus unde uenerat, redire possit
innoxius, ad castra Imperatoris opportunitatem interualli proximi capto colle
transiuit, uelut accursu multitudinis uisæ subito circumseptus. Qua successus ala-
critate Valens castra promouit ad Phrygiam propè collem conlatis manibus
per timidum in ancipiti iaculorū excursu prodidit repentino, eumqđ sicuti com-
plures iam pila quatientes & gladios, ad Imperatorē transeunt cum uexillis scu-
ta peruersa gestantes, quod defectionis signū est apertissimū. Hoc prater spem
omniū uiso, Procopius salutis interduso suffragio in pedes circumiectorū ne-
morum secreta & montiū florentiū sequente, & Barchalba tribuno, quē perse-
quentissima bella iam inde Constantij temporibus notum, necessitas in crimē
traxerat non uoluntas. Maiore itaqđ noctis parte consumpta, cum à uespertino
ortu, luna prælucens in diem metam augetet, undiqđ facultate euadendi exem-
pta, cōfiliorū inops Procopius, ut in arduis necessitatibus solet, cum fortuna ex-
postulabat luctuosa & grauis, mersusqđ multiformibus curis subito à Comiti-
bus suis arctius. Vincētus relato iam die ductus ad castra, Imperatori offertur
reticēs atqđ defixus, statimqđ ascissa ceruice discordiarū ciuiliū glifcentes turbines
sepeliuit, & ueteris Perpēnæ exēplum, qđ post Sertoriū inter epulas obruncatū
dominatione paulisper affectata sublatebat extractus, oblatuqđ Pompeio ei⁹
iussu est interfectus, pariqđ indignationis impetu Florētius Barchalba, qui eum
duxerūt cōfestim nō pensata ratione sunt interfecti: nam si principem legitimū
prodidissent, uel ipsa iustitia iure cæsos pronunciare se rebellem, aut oppugna-
torem internæ quietis ut ferebatur, amplas eius memorabilis facti oportuerat
deferri mercedes, nō pensata ratione sunt interfecti. Excessit autē uita Procopi⁹
anno quadagesimo amplius mensibus x. corpore non indecoro, nec mediocris
staturæ subinctus, humumqđ intuendo semper incedens, perqđ morū tristium
latebras illius similis Crassi, quem in uita semel risisse Lucillius affirmat & Tul-
lius: & qđ est mirandum qđ uixerat incruentus: lisdem forte diebus protector
Marcellus

Marcellus eiusdem cognatus agens apud Niceam praesidium prodicione militum, & interitu Procopij cognito, Serenianum intra palatium clausum medio noctis horrore incautum adortus occidit. Cuius mors saluti plurimis fuit: nam si uictoria superfuisset incultis moribus homo & nocendi acerbitate coflagrans. Valentique ob similitudinem morum & genitalis patriae in ciuitatem acceptus, occultas uoluntates principis introspicens ad crudelitatem propensioris multas innocentium adidisset strages. Quo interfecto uel Marcellus occupata celeri cursu Calcedone concrepantibus paucis, quos celeritas & desperatio trudebat in scelus umbram principatus funesti capescit genuina ratione fallente, quod & Gotthorū tria millia ad auxilium erant missa Procopio, Constantianum praetendenti necessitudinem ad societatem suam parua mercede traduci posse existimabat, quaeque gesta in Illyrico etiam tunc latebant: Inter quae iam tepida speculationibus fidis Equitius doctus conuersam molem belli totius in aciem digressus per Succos Philippopolim clausa praesidijs hostium. Vlpianam enim ueterem referre magna uel conabat urbem admodum opportunam & impedituram eius aduentus Sapaica relicta adiuuata Valenti laturus. Nondum enim apud Vocoliam gesta coopererat festinare ad eum motum cogere. Verum paulo postea cognita leui praesumptione Marcelli milites missi sunt audaces & prompti, qui eum raptum ut deditum noxae mancipium in custodiam coeperunt. Unde post dies productus lateribus sulcatis acerrime parique perpenlis consortibus inter hoc fauorabilis solo quod abstulit Serenianum e medio crudelem: ut phalarim ille, & ille fides ad doctrinarum diritatem causis inanibus praetrahebat. Extirpatis occasu ducis funeribus belli, sauitum est in multos acrius quam errata flagitauerant uel delicta, maximaeque in Philippopoleos defensores, qui urbem seque ipsi non sine capite uiso Procopij, quod ad Gallias portabat, acerrime diuiserunt. Ad gratiam tamen precantium coerciti sunt aliqui lenius, inter quos eminebat Araxeus in ipso rerum exustarum ardore adeptus ambitu praefecturam, Agilionem, intercedente genero supplicio insulari multatus, breue post tempus euasit. Euphrasius uero itemque Phronemius missi ad occiduas partes arbitro obiecti sunt Valentiniani & absoluto Euphrasio Phronemius Cheronesum deportatur indementius in eodem punitus negotio ea re, quo diuo Iuliano fuit acceptus: cuius memorandis uirtutibus eius, ambo fratres principes obrectabant, nec similes eius, nec suppare. His accedebant alia grauiora, & multo magis quam in praesidijs formidanda. Carnifex enim & unci & cruentae quaestiones sine discrimine ullo aetatum & dignitatum per fortunas omnes & ordines grassabatur, & pacis obtentum detestandum agitabat infauitiam uictoriam execrantibus uniuersis, interne ciuili bello quouis grauiore: nam inter arma & lituos conditionis aequatio leuiores facit pericula, & Martiae uirtutis potestas ausum: ad quod occupata nobilitate & mors si acciderit, nullum ignominiae continet sensum, finemque secum uiuendi simul & dolendi perducit. Vbi uero concilijs impijs iura quae praetenduntur & leges, & Catonianae uel Cassianae sententiae super lite rescindenda iudice aguntur, aut quae agitur ad uoluntatem praetumidae potestatis & eius libidine uitae incidendum necisque momenta

Vt deditum
noxae man/
cipium.
Sulcata
latera.

Diritas.

Nec similes,
nec suppare

Mors finis
dolendi.

Catonianae
uel Cassianae
sententiae.

momenta

momēta pensant, ubi capitalis uertitur perniciēs abrupta, nam ut quosq; à potestate ob quālibet ualuerat causam regio prope accidens & aliena rapiēdi auiditate exustus, licet aperte in fontem arcessens, ut familiaris suscipiebat & fidus, ditandus casibus alienis. Imperator em̄ promptior ad nocēdum criminantibus patens, & funereas delationes adsciscens, per suppliciorū diuersitates effrenatus exultauit, sentētiā illius Tullianæ ignarus, docētis Infelices esse eos, qui omnia sibi licere existimarūt: hæc implacabilitas causæ quidē potissimæ, sed uictoriam scēdantis innocētes tortoribus exposuit multos, uel sub eculeo capitis incuruos aut ictu carnificis torui proposuit: quibus si pateretur natura, uel denas animas profundere præstabat in pugna, q̄ lateribus quati fodicatis omni culpa in numinis fortunis gemētibus uniuersis, quasi læsæ maiestatis luere pœnas, dilaniatis ante corporibus, qd' omni est tristius morte exui, cum superata luctibus ferocia defragasset p̄scriptiones & exilia, & quæ leuiora quibusdā uidentur quantū sint aspera uiri pertulere summates: & ut ditaretur alius genere nobilis & forte meritis locupletior actus patrimonio præceps trususq; in exiliū cōsumabatur angore, aut stipe precaria uictitabat, nec modus ullus exitialibus malis impositus, q̄ diu principē & proximos opus sapiētis cœpit & cædes. Hoc nouatore adhuc superstite, cuius actus multiplices docuimus & interitū diem duodecimū, Calen. Augustas COS. Valentiniano, primū cum fratre horrēdi tremores per omnē orbis ambitū grassati sunt subito, quales nec fabulæ, nec ueridicæ nobis antiquitates exponunt: Paulo em̄ post lucis exortum densitate præuia fulgorū acrius uibratorū tremefacta concutit: omnis terreni stabilitas ponderis, marēq; dispulsum retro fluctibus euolutis abscessit, ut resecta uoragine profundorum species natantiū multiformes limo conabant hærentes, uallūmq; uastitates & montiū tunc opinari dabat, suspicerēt radios solis, quos primigenia rerum sub immēsis gurgitibus emendauit. Multis etiā nauibus uelut arida humo cōnexis & licēter per exiguas undarū reliquias planctibus plurimis, ut pisces manibus cōligerēt & similia, marini fluctus uelut grauati, repulsura uersa uice cōsurgunt, per quæ uada feruentia insulis & cōtinētis terræ porrectis spacijs uiolenter ibi, si munera quædam in ciuitatibus, & reperta ubi sunt ædificia cōplanarūt: Proinde ut elementorū furente discordia inuoluta facies mundi miraculorū species ostendebat. Relapsa em̄ æquorū magnitudo, cū minime speraret millia multa necauit hominū & submerlit, recurrētūmq; æstuum incitata uertigine, quædā naues postq; tumētis substantiæ consenuit tumor pessundata, uisa sunt exanimatāq; naufragijs corpora supina iacebant aut prona: Lugentes aliō naues extrusæ rapidis flatibus culminibus insidere tectorū, ut Alexandria cōtigit, & ad secundum lapidem ferè procul à littore cōtortæ sunt aliquæ, ut Laconica propè Methonem. Methonē oppidum nos transeundo cōspeximus diuturna carie fatiscentem.

AMMIANI MARCELLINI LIBRI
 VIGESIMISEXTI ET VLTIMI
 FINIS.